**Ad rationes** Alī oppositū. ¶ Ad pmā dicit negādo añs. ꝛ ad ꝓbationem negatur vtraq̄ consequentia Et ad ꝓbationem ꝓme dicitur ꝙ deꝰ videt quanlibet partem continui esse ꝛpositā ex duabus partibus. ꝛ nullam videt indiuisibilē. nō tamen sequitur ꝓpter hoc ꝙ ignoret aliquaz partem continui. Ad ꝓbationem. zᵐ dī ꝙ diuisio cōtinui actualis in oēs suas partes implicat cōtradictionem. ideo continuuz non pōt diuidi actu in oēs suas ptes. ¶ Ad scđam dī ꝓ ꝙ nō ē incōueniēs cōcedere tot ptes eiusdē ꝓportiōis esse in millesima parte milij sicut in toto vniuer

so. esset tñ incõueniẽs de partib⁹ eiusdẽ cõtinuitatis. põt z⁰ dici q̃ plures sũt ptes in toto vniuerso cõtinuo in pte millesima milij. i vtroq; tñ sũt finite in infinitũ. ¶ Ad 3ᵃᵐ dr̃ q̃ si spicũ pfecte tãgat planũ tãget ipm in pũcto. z si moueat nõ mouebit sup magnitudinẽ pfecte planã nisi ꝑm pũcta. q̃ trãsibit ipsã magnitudinẽ sic q̃ in quolibet istãti erit aliqua pars magnitudinis pertrãsita cuz illo instãti tãget magnitudinẽ in puncto. zc.

Queritur z⁰ Utr̃ iplicat 3dictionez motũ fieri i instãti. Et argr̃ ꝑmo q̃ sic. q̃ iplicat 3dictionẽ aliqõs sentialr̃ successiuũ fieri in istãti sz mot⁹ ẽ eẽntialiter et qditative successiuus. g̃ iplicat 3dictionẽ motũ fieri in istãti. ¶ Argr̃ z⁰ si mot⁹ fiẽt in istãti seq̃ret̃ q̃ aliqd sit mouere t̃ z motũ eẽt. ꝺñs est impossibile. g̃ z añs. pz 3ꝺña. q̃ vl' mobile in eodẽ instãti mouebitur z motũ ẽ. z sic br̃ itẽtũ. vl' i alio mouet̃. z motũ ẽ. z tũc iter illa ẽ mediũ tps in quo mouet̃. et sic motus nõ fiẽt in instãti sz in tpe. ¶ Arguit̃ z⁰ q̃ oĩs mot⁹ fit in tpe. g̃ nullus mot⁹ fit in instãti añs pz p phm 4⁰ z 5⁰ phicoꝝ. z ẽt i isto 6⁰ z cõfirmat auctoritate phi ꝓbãtis multis rõib⁹. i isto tractactu q̃ ñ ẽ possibile motũ fieri i nũc. ¶ In oppᵐ arᵗ. nõ iplicat 3dictõez mouẽs: ifinitũ moueri ꝑm vltimũ sue potẽtie. g̃ nõ iplicat 3dictionẽ motũ fieri in instãti. In qõe erũt tres articli.

## Primo

Sciendũ est q̃ de qõne sũt due opiniões. ꝓria ẽ opio eoꝝ que stat in duab⁹ suppõibus. ꝓria. successiuũ ẽ ens cuir repugnat 3dictorie br̃e ples ptes sil'. z⁹ motus ẽ qditative z eẽntialiter successiu⁹. Ex hoc seq̃t q̃ oĩs motus mẽsurat̃ mẽsura diuisibili et successiua. z sic segtur q̃ iplicat 3dictionẽ ples ptes sil' esse. ꝓbãt sic q̃ oẽ successiuũ ẽ opositũ ex affirmatõib⁹ z negatõibus ad istũ sensuz q̃ affirmatio ipius esse de vna pte infert negationẽ de alia pte. Jsta. n. ꝺña ẽ necessaria hec pars mot⁹ ẽ. ergo nulla ps motus ẽ alia ab ista. segt̃ etiã q̃ si aliqs motus fiat i istãti etiã p quãcũq; potentiã talis motus nõ est mot⁹ ꝓprie dict⁹. sz est solũ mutatio istãtanea. ꝓto defensiõe tñ alterius opiniõis ponũt̃ aliq̃ suppões. ꝓria ẽ. tẽpus ẽ duratio z ctinuitas successiua mot⁹ rr̃ iberes motui a qua formalr̃ mot⁹ dr̃ cõtinuus z successiu⁹. z⁹ talis ctinuitas z duratio successiua motus rr̃ distiguit̃ ab ẽtitate mot⁹. iõ absq; iplicatione 3dictionis est sepabilis a motu. 3ᵃ sicut a ſba pmanẽte sepata cõtitate rr̃ sibi iherẽte ipsa ctinuitas in idiuisibili saltẽ in diuisiõe opposita extẽsioni: sic r̃ a motu sepato tpe entitas ipsi⁹ motus stat in idiuisibili. 4ᵃ successio est relatio quedã ptis ꝓtis ad ptem posteriorẽ mot⁹ fundata in tpe mẽsurãte illã partẽ motus. sicut enim posita cõtitate magna in substantia magna et parua in alia substantia statim consurget relatio magnitudinis z quitatis. z statim illa ablata auferẽt relõ. sic etiã posita ꝑma pte tpis in ꝑma parte mot⁹. z z⁹ i secũda pte stati cõsurgit relatio partis ꝓtis ad partẽ posteriorẽ ita q̃ ea ablata iter partes motus nõ ẽ ꝓtas z posteritas. iõ simul existũt. Ex hoc segt̃ q̃ nõ iplicat 3dictionẽ motuz fieri sine tpe. z⁰ seqũt q̃ nõ iplicat 3dictionẽ oẽs ptes mot⁹ sil'ẽ. 3⁰ segt̃ q̃ nõ iplicat cõtradictionẽ oẽs partes mot⁹ eẽ i eodẽ instanti. z ꝓ totũ motum fieri in instãti.

## Secundo

Sciendũ est q̃ Aristo. in ꝟ z⁰ tractatu deteriat de diuisione mot⁹ z getis i suas partes cõtitatiuas. z diuidit in q̃ttuor cap⁹. Jn ꝑmo oñdit mobile eẽ diuisibile. z diuidit i duas partes. Jn ꝑma oñdit q̃ nõ ctingit aliqõ moueri aut gescere in nũc. z itẽdit ser ꝺclusiões. ꝓrima necesse ẽ q̃ nũc nõ ꝓz altez. ꝓz ꝑmo z p se. hoc ẽ dictu nũc ꝑpe captũ. z nõ vulgariter sit diuisibile z in oĩ tpe. Et ꝓbat hoc q̃ in oĩ tpe ctigit aliqd accipe ꝓteriti intra qõ nihil ẽ futuri. z ctingit ẽt accipe aliqd futuri intra qõ nihil ẽ ꝓteriti. z illud ẽ nũc idiuisibile. g̃ i oĩ tpe necesse ẽ aliqõ nũc eẽ indiuisibile. ¶ z⁹ 2⁰ idẽ nũc ẽ finis ꝓteriti z ꝑncipiũ futuri. ꝓbat q̃ si eẽnt pla nũc. vel illa eẽnt imediata. z hoc non eo q̃ cõtinuũ nõ cõponit̃ ex idiuisibilib⁹. vl' mediata z sic inter ea eẽt tps mediũ qõ ẽ impossibile ꝓpter duo. ꝑmo q̃ ipm nũc eẽt diuisibile sicut et tps mediũ. z⁰ q̃ iter ꝓteritũ z futurũ mediaret aliqõ tẽpus qõ neq; esset ꝓteritũ neq; futurus ¶ 3ᵃ 2⁰ nunc est indiuisibile. ꝓbat ꝓs trib⁹ rõnibus. ꝑma si nũc eẽt diuisibile cũ ipm sit terminꝰ ꝓteriti z initiũ futuri. aliqd futuri esset in ꝓterito. z aliqd ꝓteriti in futuro. z⁹ ratio si nũc eẽt diuisibile. tũc tale nõ esset nũc ꝟz se sed ꝑm altez. 3ᵃ rõ quia tũc aliqd ipsius nunc esset ꝓteritus z aliqd futurũ. z sic nũc nõ eẽt totũ simul existẽs qõ esset otra rõnẽ ipsius nũc. ¶ 4ᵃ 5⁰ in ipo nũc non cõtingit aliqd moueri. ꝓbat quia ponat̃ q̃ in ipso moueatur mobile tardius p aliquas magnitudinẽ tũc mobile velocius mouebit̃ p eandem magnitudinẽ in minori mensura cõ sit nũc

z sic nunc eet diuisibile. quod est falsū. ¶ 5ª conclusio. in nūc nō cōtingit aliquid quiescere. pro bat pbs tribus rōnibus. ꝑma in nūc non cōtingit aliqd moueri. ergo nec qescere. tenet ꝺña. quia illud dicit quiescere qō nō mouet. sz aptū natū ē moueri. zª si aliqd posset qescē i nūc seq ret ꝙ idē sil mouere t qescēt. pz ꝺña qz ponat ꝙ aliqō mobile moueat p totū tps ptitū z qescat p totū tps futuz tunc cū sit idē nūc qō est finis ꝑteriti z initiū futuri in illo nunc. mobile sil mouebitur z quiescet cū non magis debeat qescere qz moueri. 3ª ratio illud dicitur qescere qō similiter se habet nūc z prius ſm se totū z ſm suas ptes. sed nūc nō est prius neq posterius. ergo in nūc non cōtingit aliqd moueri neq qescere. quicqd. n. mouet aut quiescit. mouet aut quiescit in tpe. Jn zª secūda parte intēdit talē ꝺclusionem. omne quod mutatur est diuisibile. pro bat quia oē qō mutatur ē partim in termino a q z partim i termino ad quē. ergo oē qō mutatur est diuisibile. antecedens probat. qz omnis mutatio est ex quodam ideſt a terio a quo. in quod dam. i. i termino ad quem. z quandoq est totaliter in termino ad quem. z subdit philosopbus ꝙ boc est intelligendū de terminis proprijs.

**Tertio** Sciendū est ꝙ circa hūc textū incidūt tres difficultates. Prīa vtz in nunc ꝺtingit aliqd moueri aut qescere. ¶ Ad quā rndet ꝙ sicut tēpus ē naturaliter mēsura motus sic etiā instans ē mensura mutati esse. iō motus z quies nō possunt nāliter fieri in instāti ¶ zª difficultas vtrū oē quod mutat sit ptim in termio a quo z parti in termino ad quē. Ad soluēdū boc ꝺubiū ponūtur alīq suppōnes z vna distin. Prima suppō. ois motus ꝓpe dictus ē a cōtrario in ꝺtium. zª in oi motu ꝓpe dicto ꝺcurrūt due mutatiōes reales rlr distincte. vna est abiectiua per quā abijcit forma que ē terius a quo motus. alia ē acqsitiua p quā acqrit forma que ē terius ad quē. Distinctio est bec. cuiuslibet motus sūt duplices termini. qdā sūt termini extrinseci z sūt due forme cōtrarie. alij sūt termini itrinseci. vñ i motu abiectiuo pª pars forme abijciēde ē terius ad quē intrinsecus. sed vltima ps forme abijciēde ē terius a quo it. isecus. Sz in motu acqsitiuo ꝑma ps forme acqrēde ē terius a quo intrinsec. z vltia ps forme acqrēde ē termin ad quē intrinsecus. Termini tñ itrinseci sūt duplices. qdā sunt ꝓrimi z imediati z sic sūt due ptes gradiales forme se iuicē imediate ꝺnctes. alij sunt distātes z remoti z sūt vltima et prima pars forme. Ex boc dicit primo ꝙ oē qō mutatur parti est in terio a quo z ptz in terio ad quē itelligēdo de teris intrinsecis z primis. ¶ 3ª difficultas vtz sit necesse partē mobilis bre terium a quo z aliā ptem mobilis bre terminū ad quē. vl vtrū sit itelligēdū ꝙ mobile ſm se totū habz vnā ptem termini a quo. z ſm se totū bēat vnā ptem termini ad quē. Ad quā rndet ꝙ vnā distinctionē. duplex ē motus. qdaz ē mot⁹ ad vbi. alius ē ad formā absoluta z. Ex boc ꝺnr duo. ꝑmum ꝙ i motu locali mobile ē ptim i terio a quo z ptim in terio ad quē: itelligēdo ō ptib⁹ mobilis ita ꝙ vna ps mobilis ē sub vno vbi. z alia sub alio vbi sz i motu ad formā mobile ē parti i terio a quo. z ptim i terio ad quē itelligēdo de ptibus ipius forme. ita ꝙ mobile secundum se totum babet vnam partem forme que est terminus a quo. z secundum se totum habz vnam partem forme que ē termius ad quem. z hec de ꝑmo articulo.

**Conclusio.** nō iplicat ꝺdictionē motū fieri i istāti. pz qz nō iplicat ꝺdictionē vacuū esse z grauia in eo moueri. sz si moueret in eo moueret i istāti. ergo ꝺc⁹ vera.

**Primo** Dubitat. Utrū ista. 5. s. mobile. motus. tps. moueri. et id ad qō mouet silr se bēant ad diuisionē. Ad soluendū ꝫ dubiū ē supponēdū ꝙ Aristo. i boc z⁹ c⁹ oñdit qualr diuidat mot⁹. z itēdit q̄ttuor ꝺclusiones. Prīa. mot⁹ ē zr diuisibilis. vno⁰ tpe. i. ad diuisionē tpis. alio⁰ ſm diuisionē illi⁹ qō mouet. i. ad diuisionē mobil. ¶ zª. mot⁹ diuidit ꝫ ptes mobil ꝓbat pbs trib⁹ rōnib⁹. ꝑma si aliqd totalr moueat ēt mouebit q̄lz ps ipsi⁹ toti⁹ z mot⁹ vnius ptis nō ē mot⁹ alteri⁹. igr mot⁹ diuidit ad diuisionē mobilis. zª rō ois forma q̄ nō ē tota i vna pte subiecti. ē tñ i q̄lz forma illa diuidit ad diuisionē subiecti. i. mobilis. sz tot⁹ mot⁹ nō ē in q̄lz pte mobilis tñ in q̄libz pte mobilis ē formaliter motus. ergo mot⁹ diuidit ad diuisionē mobilis formalr. minorez ꝓbat. qz diuiso mobili neutra ps mobilis mouet ſm totū motū. 3ª ois forma q̄ sic adequat suo subiecto ꝙ non excedit ipz nec excedit ab ipo illa diuidit ad diuisionē subiecti sz mot⁹ nō excedit mobile nec excedit ab eo ꝙ mot⁹ diuidit ad diuisionē mobilis. minorē ꝓbat qz si motus excederet a mobili tunc aliq ps mobilis esset sine motu. z si mot⁹ excederet mobile esset aliqua ps mot⁹ sine subiecto. ¶ 3ª ꝺc⁹ motus diuidit ad diuisionē tpis. ꝓbat ponēdo du

as suppōnes. ꝑma ois motus fit in tpe. 2ª oē tē pus ē diuisibile. Ex his sic ꝑbat cōclusionē. qz i minozi tpe fit miozmot⁹. 2 i maiozi fit maiozmo tus. ergo necesse ē diuidi motū ꝑm diuisionē tē pozis. ¶ 4ª ɔ: mot⁹ 2 moueri sil'r diuidū t. ꝑbat sic. qz si i aliquo toto tpe fiat totus mot⁹ i illo tpe fiet totum moueri. 2 in medio tempoze me^m moueri 2 medius mot⁹. ergo mot⁹ 2 moueri sil'r diuidūtur. 2 subdit ꝙ mot⁹ sil'r se hz ꝑ modū bit⁹. 2 moueri ꝑ modū receptōis. 2 sil'r est de motu 2 terio ad quem qui est qualitas ꝙtitas 2 vbi.

**Secundo** Dubitaf. Utz i oi motu opō teat illō i quo aligd ꝑmo mutatū ē eē idiuisibile. Ad soluendū ꝫ dubiū ē suponēdū ꝙ ari. i hz ɔ: cōdit qlr ē accipe ꝑm i motu. 2 diuidit i duas ptes. i ꝑma itēdit duas cōclusiones. ꝓria necesse ē oē qđ mutaf qñ mutatū ē esse i terio ad quē. ꝑbat ꝑs duab⁹ rōib⁹. prima: oē qđ mutaf qñ ōficit a terio a quo ē i terio ad quē. sz oē qđ mutaf qñ mutatū ē ōficit a termio a q̄. ḡ est i terio ad quē. maiozē ꝑbat. qz idē ē mutari 2 deficere 2 mutatū eē 2 ōfeciſſe 2 ad mutari segf deficere. 2 ad mutatū eē segf defeciſſe. 2ª rō. in mutatōib⁹ fz ɔdictionē qñ mobile mutatū ē ē i terio ad quē. ḡ 2 i alijs. añs ꝑbat in vna specie mutationū. qz qñ aligd ē mutatū ei⁹ esse deficit a nō eē. ḡ ē i eē. tenet ɔña. oē enim necesse ē eē aut nō esse. 3ª rō. oē qđ mutatū ē vl' ē in terio a quo vel i terio ad quē. vel in medio nō in terio a q̄. qz mutatū esse ē ōfeciſſe a terio a quo. nec i medio. qz i medio mutaf. ergo i medio ñ ē mutatū. tz ɔña qz ipossibile ē sil' idē mutari 2 mutatū eē. relingf ḡ ꝙ ē i terio ad quez. Ex hifert ꝙ illō qđ factū est qñ factū ē: ē. 2 illō qđ corruptū est qñ corruptū ē nō est. Et hoc est vl'r ve in oi mutatōe. hoc tñ est magis manifestū in mutatiōe ꝑm ɔdictionem. ¶ scđa ɔ⁹ illō i q̄ aligd ꝑmo mutatū est ē idiuisibile. ꝑbat qz si sit diuisibile diuidatur i duas ptes. vel ergo i vtra ꝙ pte mutatū est. 2 sic nō est ꝑmo mutatū i toto vel ꝑmo mutatū ē in vna pte. 2 nūc mutatur in alia. 2 sic nō est ꝑmo mutatū in toto. vl' i neutra mutatū ē. 2 sic nec ipte nec i toto. 2 dicit ꝙ illud ꝑmū ꝺuenit alicui qz fz se 2 nō ꝑm alte^m sibi cō ꝺuenit. Ex hoc ifert ꝙ oē corruptū 2 factū ē corruptū 2 factū in athomo. i. in indiuisibili.

**Tertio** Dubitatur. Utz in oi motu sit dabile primū mutatū esse. Ad soluē dū hoc dubiū est suponēdū ꝙ Aristo. in secunda parte hui⁹ capituli intēdit duas cōclusiones ꝓma illud i quo aligd mutatū est est duplex. quoddā est pfectū 2 ɔpletū vt i fine motus. aliud est impfectū sicut sunt illa mutata esse q̄ sūt in terio a quoz in terio ad quē. ¶ 2ª ɔclusio non est dabile ꝑmū mutatum esse impfectuz. ꝑbat ꝑs ꝓttuoz rōnib⁹. ꝑma sumif ex parte ipsi⁹ mutati eē. 2 est hec. si esset dabile ꝓncipiū i quo aligd mutatū ē vel illud esset diuisibile vel idiuisibile. nō idiuisibile ꝓpter duo. ꝑmo qz esset mensuratū in instāti cū sibi resp̄deret tēpus indiuisibile. scđo qz idē simul moueref 2 gesceret. pz ɔsequentia qz si post instās in quo mobile erat i termino a quo detur indiuisibile tempus i quo mutatū est 2 mutatuz esse est finis ipsius mutari tūc in illo indiuisibili mouebitur mobile. quia nō mouebatur in termino a quo. 2 quia i illo indiuisibili mutatuz est nō mouetur 2 sic mouebitur 2 quiesceret. nec est diuisibile quia tunc diuideretur in partē ꝓzem 2 partem posteriozem. 2 ꝑus mutatū esset i parte ꝓzioꝛ ꝙ in parte posteriozi. 2 sic non esset ꝑmo mutatum in toto sz per alterum. scđa ratio sumitur ex parte mobilis 2 est hec. non est dabilis ꝓzima pars mobilis que ꝑmo mutata est. ergo non est ꝓzimuz mutatum esse. antecedens patet quia ꝓzima pars mobilis mutata est i aliquo tempoze. ergo i medietate illius temporis media pars illi⁹ partis mobilis mutata est. 2 quia tempus est in infinitum diuisibile cum nō sit dabilis ꝓzima pars tēpozis nec erit dabilis ꝓzima pars mobilis q̄ mutata est. ¶ Tertia ratio sumitur ex parte tēporis. Et ꝑmo supponit ꝙ tempus 2 motus sunt ꝑ se diuisibilia. scđo ꝙ illud i quo est motus ideſt terminus ad quem est diuisibile solum ꝑ accīs tunc formal sic rationem. si detur magnitudo i qua aliquid ꝑmo mutatum est. vel illa erit diuisibilis vel indiuisibilis. non indiuisibilis. quia sic indiuisibilia essent immediata. nec diuisibilis qz sic ꝓius mutatum est in vna parte ꝙ in alia. et sic non erat ꝓius mutata in toto. ¶ Quarta ratio. magnitudo et similiter alia sunt diuisibilia in infinitum. ergo non est in eis dabile ꝓximum.

**Ad rationes** Ante oppositum. ¶ Ad ꝓimaz dicitur distinguēdo maiozem ꝙ aliquid est successiuum duplici ter. vno modo essentialiter 2 quiditatiue. et tale repugnat contradictorie omnes suas partes habere simul. aliud est successiuuz denoiatiue 2 tali non repugnat hīe ꝑs suas ptes sil' 2 hmōi est motus. ¶ Ad secūdaz ꝑt ꝑmo dici ꝙ i aliquo

ñtū mouet. z i toto tpe p̄cedēti erat i termino a quo z i toto tpe sequēti erat i termino ad quē z i illo ē mutatū. ¶ 2o pōt dici q̄ ons nō est icō/ueniēs i mutatōib⁹ ñtāneis. ¶ Ad tertiā dr̄ p̄mo q̄ oēs auctoritates phi intelligūtur loquendo de fcō aut de possibili nature z nō ō possibili simplr. 2o dr̄ q̄ ratōes Aristotelis bñ p̄bāt. qz ipossibile sit motū diuisibilē z successiuū fieri in ñtanti. Et hec de questione dicta sufficiant.

¶ Queritur tertio. Utrū añ omne mutari sit mutatū eē: z añ oē mutatuz eē sit mutari. Et arguit̄ p̄mo q̄ nō qz ē dabile p̄mū mutari z p̄/mo mutatū eē. ḡ zc. añcedēs pz qz cuiuslibet finiti ē dabilis p̄ma ps z vltima. sz p̄a ps mot⁹ est mutari. z p̄mus ēmin⁹ mot⁹ ē mutatū eē. ḡ est dabile p̄mū mutari z mutatū esse. ¶ Arguit̄ sc̄do nihil pōt eē mutatū gn p̄us mutet: ḡ añ oē mutari nō est mutatū eē. tenet ons. qz nunq̄ ēmin⁹ finiens aliquē motū p̄cedit illū motū. Et confirmat̄: qz si añ oē mutari sit mutatū eē: vel illud mutatū esse segt̄ aliq̄ mutari. z p ons nō p̄cedit oē mutari: vel nō segt̄ aliquo mō mutari: ḡ aliqd mutatū est q̄ nūq̄ mutat̄. ¶ 3o arr sic. añ mutari ē mutatū eē z añ oē mutatuz eē ē mutari. ḡ añ oē mutari ē mutari. z añ oē mutatū eē ē mutatū eē. ¶ Jn oppm ē auctas phi.

Primo sciēdū ē q̄ p̄ declaratōe ēmino/rū q̄stionis ponūtur alique di/stictōes. ¶ Prima mutari pōt capi dupl̄r. vno mō vt distinguit̄ ō moueri eo q̄ fit i ñtāti z moueri fit i tpe. Allo mō pōt capi vt idē est q̄ moueri. z sic capit̄ hic. ¶ 2a distō moueri accipitur dupl̄r vno mō p̄ denoiato: z sic moueri nō est aliud q̄ subiectū q̄ mouet̄. illud. n. q̄ denoiat̄ moueri est fm mot⁹. alio: ca⁹ p̄ significato: z sic moue/re nō est aliud q̄ entitas vel qditas mot⁹ ocretiue z vbalr designata. Ex hoc segtur q̄ ista tria mot⁹ motū z moueri p̄cise idē significāt. diuer/simode tñ qz mot⁹ significat qditatē vel formā fluētē abstractiue designatā. sz motū significat illā eadē qditatē ocretiue z noialr: sz moueri si/gnificat illā eādē ocretiue z vbalr. ¶ 3a distin⁹ mutatū eē pōt capi dup⁹. vno: p̄ significato: z sic mutatū eē nō est aliud q̄ vna entitas idiuisi/bilis realr otinuās ptes motus ad iuicē z realr distincta ab ipsis. alio: ca⁹ p̄ denoiato. z sic muta/tū eē nō est aliud q̄ subiectū q̄ mutatū ē. illud n. q̄ denoiat̄ mutatū eē est fm q̄ mutatū ē.

¶ Jn titulo aūt q̄stionis capiūtur mutari z mu/tatū esse p̄ significatis. ¶ 4a distictio. ista p̄po/sitio añ oē mutari est mutatū eē bz duplicē sen/sū. vnus ē logicalis: z est iste q̄ cū q̄ tps i quo ē vez dicere. q̄ aliqd mutat̄ p̄cessit aliq̄ ñtās i quo erat vez dicere. hoc mutatū est: z sic ē ve/ra. valet. n. tm̄ h̄ tps i quo vez est dicere. aliqd mutat̄ p̄cessit aliq̄ ñtās i quo est vez dicere fm mutatū est: z nō est dabile aliq̄ tps i quo sit ve/rū dicere q̄ aliqd mutat̄. quin illud p̄cesserit aliq̄ ñtās i quo fuit vez dicere hoc mutatū ē. Alius sēsus est realis z physicus z est iste. quā/cūq̄ entitatē q̄ ē mutari p̄cessit aliqua entitas q̄ est mutatū eē: z sic est vera: valet. n. tm̄ hāc enti/tatē q̄ est mutari p̄cessit aliq̄ entitas q̄ est muta/tū eē. z nō est dabilis aliqua entitas q̄ sit muta/ri quā nō p̄cesserit aliqua entitas q̄ sit mutatū eē. ¶ 5a distiō aliqd pōt eē p̄mū dupl̄r. vno mō aliqd est p̄mū fz se: z est illud q̄ nec añ se nec añ aliqd sui bz aliqd p̄us. aliud est p̄mū fm alterz. z ē illud q̄ bz aliqd añ q̄ ē ipso p̄us z añ q̄ nihil ē p̄us. ¶ Pria suppositio: q̄libet ps mot⁹ ē mot⁹ ¶ 2a q̄libet motus cōponit̄ ex duab⁹ ptib⁹ q̄rū q̄libet est mot⁹. ¶ 3a i qualibet pte mot⁹ sūt ifini/te ptes quaz q̄libet est mot⁹. Ex hoc segt̄ q̄ añ quelibet motū est motus. 2o q̄ nō est dabilis p̄/ma ps motus. 3o q̄ i qnolibet motu sunt ifinita mutata esse. 4o q̄ nō est dabile p̄mū mutatū eē 5o q̄ añ q̄libet mutatū eē est aliq̄ mutatū eē. z eedē q̄stiones possent formari de post sicut ō añ: z eodē mō soluūtur. z i successiuis nō est da/bile p̄m ñtās sui esse nec vltimū ñtās sui esse.

Secundo sciēdū ē q̄ Aristo. i isto 4o c: determinat de ordine eoz q̄ re/periūtur i motū: z otinet q̄ttuor conclusiones. p̄a aliqd dr̄ dupl̄r mutari. vno: fm alterz. vt aliqd mutat̄ i anno qz i die. a2o. aliqd mutat̄ in aliquo tpe p se p̄mo. z necesse ē illud mutari i qualibet pte illi⁹ tpis. hoc p̄bat ph⁹ dupl̄r. p̄ p diffinitio/nē eius q̄ est p̄mo. illud. n. dr̄ p̄mo ouenire ali/cui q̄ ouenit alicui fm quālibet eius ptē. 2o p̄/bat ratōe: qz si aliqd mouet̄ p̄ i tpe diuisibili di/uidat̄ illud tps i duas ptes. vel ḡ in vtraq̄ ptū mutat̄: z sic br̄ itētū vl i neutra mouet̄ sz gescit. z sic nō mouet̄ i toto tpe: vel i altera mouet̄ z i altera gescit. z sic non p̄mo mouebat̄ i toto tpe sz i pte illi⁹ tpis. ¶ 2a conclusio añ oē mutari ē mu/tatū eē. p̄bat ph⁹ trib⁹ rōib⁹. p̄ma capiat̄ aliq̄ mobile q̄ moueat̄ supra aliq̄ magnitudinē ill̄ō p̄us trās sit p̄mā ptē magnitudinis q̄ tota ma/

gnitudinē.igit mutari qđ fit supra partē posteriorē psupponit mutari qđ fit ī pte pozi. Et itez illa pma pars est diuisibilis i ptē pozē z posteriorē.z mutari i posteriorē psupponit mutatū esse i parte pozi:z sic i ifinitū.ergo añ qlibet mutari est mutatum esse. 2ª ratio sumit ex pte tpis. qz si aliqđ mobile moueat i aliquo tpe diuidat illud tps i duas ptes.iter illas duas partes est nūc i quo mobile mutatū est:z illud pcedit ptez posteriorē tpis i quo mobile mutat:z sic mutatū pcedit mutari:z itez pma pars tpis est diuisibilis i duas ptes.z sic i ifinitū. 3ª ratio in quolibet mutari sūt ifinita mutata eē que sūt termini ipsius mutari.igit añ oē mutari est mutatū eē. ¶ 3ª oclusio añ oē mutatū esse est mutari. ꝓbat eā plꝰ tribus rationibus.-Prima ratio si aliqd mutat i aliquo tpe diuisibili diuidat illud tps in duas partes iter illas mediat nūc i quo mobile mutatū est:z illud pcedit pma pars tpis in qua mobile mutat:z sic i ifinitū. 2º formatur 2ª̃ rationē ex parte magnitudinis q̄ pōt eodē medio formari sicut pcedēs. 3ª ratio in mutationibus q̄ sunt ꝑm ꝺdictionem añ oē mutatū est mutari z econtra.igit z i alijs mutationibus. Ultimo cōcludit quattuor conclusiones.pma ante omne mutari est mutatū esse. 2ª añ oē mutatū esse ē mutari. 3ª ante omne mutari ē mutari. 4ª añ omne mutatum esse est mutatum esse.

**Tertio** sciēdū est q̄ Aristo.in hoc quinto capitulo determinat de finitate z ifinitate motus:z itēdit quinq̄ conclusiones. ¶ -Prima.magnitudo finita nō pōt ptrāsiri i tpe ifinito. Ad ꝓbādā oclusionē duo supponit.-Primo oē qđ mouet i tpe mouet.Scđo qđ i maiori tpe pertrāsit maior magnitudo. tūc ꝓbat sic oclusionē:qz si magnitudo finita ptransiret tpe infinito. vel esset motu regulari vel irregulari. nō regulari qz i qualibet magnitudine finita sūt ptes finite quaꝝ q̄libet nata est ptrāsiri i tpe finito. ergo si magnitudo sit finita totū tps correspōdēs illi magnitudini erit finitū.nec etiā motu irregulari.qz i qualibet magnitudine finita sunt finite magnitudines:z q̄libet nata est ptrāsiri in tpe finito:vna tñ i maiori:z altera in minori eo q̄ motus est irregularis.ergo si magnitudo sit finita tps correspōdēs illi magnitudini erit finitū. ¶ 2ª oclusio magnitudo ifinita nō pōt ptrāsiri tpe finito. ꝓbat.qz capiat aliqua pars illius tpis finiti i illa ptrāsibit aliqua pars magnitudinis finita.tunc itez capiat aliqua alia pars tpis equalis parti ꝓius capte i illa ptrāsibitur pars magnitudinis equalis parti accepte ꝓius z ptrāsite:z sic sp ꝓcedēdo ꝺsumet tota magnitudo:z silr totū tps correspōdēs illi magnitudini finite erit finitū. ¶ Tertia oclusio mobile finitū nō pōt ptrāsire magnitudinē ifinitā i tpe finito. qz tūc magnitudo ifinita ptrāsiret in tpe finito qđ ē ꝺtra pcedētē oclusionē. ¶ 4ª oclusio mobile ifinitū nō pōt ptrāsire magnitudinē finitam i tpe ifinito. ꝓbat qz silr sic ifinitū ptrāsiret finitū in tpe finito.qđ est ꝺtra pcedētia. ¶ Ultima cōclusio.mobile ifinitū nō pōt ptrāsire magnitudinē ifinitā i tpe ifinito. ꝓbat qz mobile ifinitū ptrāsiret magnitudinē ifinitā i tpe finito.qđ ꝓbatū est ꝓius. ¶ Consequēter Aristo.determinat de nā status z getis.z diuidit i duas partes. In pma determinat de nā status:z itēdit duas cōclusiones. ¶ -Prima.oē qđ stat stat in tpe. ꝓbat qz oē qđ mouet mouet i tpe. ſz oē qđ stat mouetur.ergo oē qđ stat stat i tpe.minorem ꝓbat.qz oē qđ aptū natū est moueri z nō gescit mouet: ſz oē qđ stat aptū natū est moueri z non gescit. ergo oē qđ stat mouet. ¶ 2ª oclusio.nō est ꝺbile pmū i quo aligd stat. ꝓbat qz qđ stat i aliquo tpe ꝓmo stat i qualibet parte tpis:ſz qđ stat in qualibet parte alicuius tpis nō est ꝺbile pmū i quo illud stat.ergo.maiorē ꝓbat qz qđ stat i aliquo tpe pmo:vl stat i q̄libet pte tpis z sic habet itētū:vel i neutra stat:z sic nō stat i illo tpe:vel i vna parte stat z nō i alia:z sic nō stat pmo i toto tpe.minorem ꝓbat qz qđ stat i aliquo tpe pmo ꝓus stat i medietate illi⁹ tpis z p⁹i medietate illius medietatis:z sic i ifinitū. ¶ In scđa pte determinat de nā getis:z itēdit duas oclusiones -Prima.non ē ꝺbile pmū i quo gescit aliqd. ꝓbat qz vel illud eēt diuisibile vel idiuisibile.non idiuisibile qz i idiuisibili nihil gescit.hoc ꝓbat ꝺpliciter.pmo qz i idiuisibili nihil mouet. ergo in idiuisibili nihil gescit.tenet ꝺña.qz quocūq; cōtigit gescere i illo ꝺtigit moueri. 2º qz illud gescit qđ nūc silr se hz vt ꝓus.ſz i idiuisibili non est ꝓus.ergo i idiuisibili nihil gescit nec illud pōt eē diuisibile:qz tūc eēt tps qđ cēt diuisibile i ifinitū

2º ꝓbat illā eā dē oclusionē.qz nō est ꝺbile pmū i quo aliqd mouet.ergo nō est ꝺbile pmū i quo aliqd gescit.qz i tpe magnitudine z ꝺtinuo nō est pmū.esse.n.ꝺtinuū est diuisibile i ifinitū. ¶ 2ª oclusio illud qđ ꝑ aliqđ tps est ꝺtinuo i eadē dispositōe hoc non mouet. ꝓbat qz illud silr se habet ꝑm se z secundū suas partes:z hec de

primo articulo. Quantum ad secundum.

**Conclusio** rīsalis. añ omne mutari est mutatū esse ⁊ añ oē mutatum esse est mutari. hec conclusio patet quo ad ambas partes rationibus philosophi.

**Primo** dubitaf. Utrū ōtigat aliqd moueri. Ad soluēdū hoc dubiū est supponēdū q; Aristoteles i hoc vltimo tractatu remouet quosdā errores circa motū: ⁊ diuidit i tria capitula. In p̄mo remouet opinionem zenonis oīno negātis motū eē: ⁊ diuidit in sex ptes. In p̄ma ponit p̄mā rationē zenonis ⁊ eam soluit. ratio ē hec. oē qđ est i equali loco gescit ⁊ nō mouef: ſz mobile i quolibet nūc est i loco sibi equali. ḡ mobile i quolibet nūc gescit ⁊ nō mouef. Et hoc dicit sagittā eē imobilē. Soluit qđ hoc falsū ē q; p̄supponit tps eē ꝯpositū ex ipsis nunc idiuisibilibus hoc aūt ē falsū. magnitudo .n. nō cōponit ex idiuisibilibus. ⁊ subdit vnā rationē quā p̄us posuit. ⁊ soluit eā i isto 6°. ⁊ ē hec oē qđ mouef p̄us ptrāsit medietatē spatij ḡ totū spatiū ⁊ p̄us necesse ē ipsū attigere mediū ḡ finē. mediū aūt ē ifinitū. ifinitū aūt nō ōtigit pertrāsire: ⁊ p ōñs nō contigit moueri. Et subdit q; ista ratio soluta ē i p̄oribus. ¶ 2ª ratio vocata ē achilles ⁊ ē hec. si ōtigeret aliqd moueri seq̄ref q; velocissimum mobile nunq̄ posset attingere tardius mobile p motū. ōña p3. q; spatiū i quo ē tardissimū ⁊ velocissimū mobile ē ifinitū. Soluit sil'r Aristo. dicēs q; hec sil'r ꝓcedit cum alia ratōe q̄ p̄supponit spatiū eē ifinitū qđ ē falsum. ¶ Tertia ratio omne illud quod est in equali loco quiescit. sed mobile est in equali loco. ergo sequitur q; quiescit. ergo sagitta velocissime mota gescteret ⁊ non mouereſ. ¶ Quarta ratio si aliqd posset moueri seq̄reſ q; tps duplū cēt eq̄le dimidio. ōñs ē falsū. ergo ⁊ añs. ōña3 ꝓbat q; dentur duo mobilia inequalia ⁊ duo alia equevelocia q̄ sic se hēant q; vnū moueat ōtra aliud tūc i equali tpe ptrāsit eadē magnitudo ab eq̄ velocitatibus mobilib⁹ ſz duo p̄ma mobilia trāseūt totā magnitudinē i toto tpe eo q; ōtra se iuicē mouētur. ⁊ alia duo i dimidio tpe. ergo tps duplū erit equale dimidio. Hanc rationē soluit q; i equali tpe ptrāsit equalis magnitudo mobilibus equevelocitatibus si illa sint pia. sed illa nō sūt pia. ḡ duo mouētur ōtra se iuicē ⁊ non alia. ¶ 5ª ratio si aliqd moueat iter ōdictoria vel est i termino a quo: ⁊ sic i eo nō est motus: vel in termino ad qđ. ⁊ tūc i eo mutatū ē: vel i neutro: ⁊ sic erit aliqd qđ neq̄ erit albū neq̄ non albū qđ ē icōueniēs. Soluit qđ p illud qđ mouetur iter duo ōdictoria partim ē i termino a quo ⁊ partim i termino ad quē. nec oportet q; totū sit i aliquo illoꝝ. ¶ 6ª ꝓbat motū localē circularē non esse ⁊ est hec. nihil qđ semp est i eodē loco p̄m se totū ⁊ ꝑz suas partes mouef: ſz oē corpus circulare ē sp i eodē loco p̄m se totū ⁊ p̄m oēs suas partes ergo nullū corpus circulare mouef: ⁊ p ōñs nō pōt eē aliqs motus circularis. Soluit q; ꝛz circulare sit quodāmō i eodē loco: ē tñ simpl'r i alio ⁊ alio loco p̄m dispositionē suaꝝ partiū. possunt enim accipi distincti circuli secūdum diuersa signa que p̄ius accipi non poterant.

**Secundo** dubitaf. Utꝝ idiuisibile possit moueri. Ad soluēdū hoc dubiū ē supponēdū q; Aristo. i hoc 2° capitulo remouet errorē ipsius democriti dicētis q; idiuisibile possit moueri: ⁊ diuidit in duas partes. In p̄ma itēdit tres ꝛclusiones. ¶ Prima ipartibile nō pōt moueri nisi p̄m accīs vt corpore moto aut magnitudine i qua est vt illud qđ ē i naui mouef ad motionē nauis: ⁊ pars ad motionē totius. ¶ 2ª ipartibile ē quodammō idiuisibile p̄m q̄titatē. ¶ 3ª ꝛclusio motus vnius partis ē alius a motu alterius partis ⁊ etiā a motu totius. ꝓbat q; motus vnius partis pōt brē aliā velocitatē q̄ motus alterius partis. aut totius. hoc ꝓbat exēplo q; nō ē eadē velocitas partiū spere q̄ sunt iuxta centrū ⁊ eaꝝ q̄ sunt extra. ¶ In 2ª pārte itēdit talē ꝛclusionē. nullū idiuisibile pōt p se moueri. hāc ꝛclusionē ꝓbat quattuor rationibus. p̄ma q; ponat q; diuisibile moueat. vl ḡ erit totalr in termino a quo q̄n mouebit. ⁊ sic sil' mouereſ ⁊ nō mouereſ. vel i termino ad quē ⁊ sic sil' mouereſ ⁊ mutatū esset. vel esset partim i termino a quo: ⁊ partim i termino ad quē. ⁊ sic esset diuisibile cū hēret partē ⁊ partē. ¶ 2ª ratio si ipartibile posset moueri seq̄reſ q; tps esset cōpositum ex ipsis nūc: ⁊ linea ex p̄ctis: ⁊ motus ex momētis: ōña p3 q; mobile tps magnitudo ⁊ motus sil'r se hñt ad cōponi ⁊ diuidi. ¶ Pro 3ª ratione p̄mo p̄mittit q; oē qđ mouef p̄us ptrāsit minus. aut equale spatium q̄ maius. 2° qđ i idiuisibili nihil ē. i. maius minus aut equale. ḡ idiuisibile nō mouetur. 4° oē qđ mouef mouetur in tpe. ſz idiuisibile nō pōt moueri i tpe. igit idiuisibile nō pōt moueri. minorē ꝓbat. q; i oi tpe ē dabile minus: ⁊ sic esset dabile minus tempore in quo mouetur indiuisibile quod est falsuꝫ

Tertio dubitaꝫ. Utrū sit aliqua mutatio ifinita. Ad soluēdū hoc dubiū est supponēdū ꝙ Aristo. i hoc 3° capitulo remouet opinionē Eracliti ponētis oia eē i ⁊tinuo motu e itēdit talē ꝛclusionē. Nullus motus ē ifinitus ꝓbat ꝑmo de motu ad fozmā. qz nulla mutatio exñs iter duos terminos ē ifinita. sed ois mutatio ad fozmā consistit iter duos terminos. ergo nulla mutatio ad fozmā ē infinita. minoꝛ ꝓbat inductiue. nā generatio ⁊ cozruptio sūt iter duo ⁊dictozia. alteratio vero iter ⁊ria ⁊ sil augmētatio: vñ terminus ad quē augmēti ē magnitudo pfecta: ⁊ terminus ad quem decrementi est magnitudo imperfecta. de motu locali recto ꝓbat sic dicēs ꝙ nō ois loci mutatio ē iter ⁊ria. tūc arguit sic. ipossibile est illud moueri qō non ⁊tigit motū esse. sed si motus localis rectus eēt ifinitus nō ⁊tigeret aliqd mobile esse motum p ipsū. ergo nec ⁊tigeret aliqd p se moueri: ⁊ subdit ꝙ forte nihil ꝓhibet tales motus esse infinitos: vt si post motū localē fiat alteratio. ⁊ si post alterationē augmētū ⁊ itez generatio. sed non contingit vnū ⁊ eūdē motum esse infinitum.

Rationes soluūt ex dictis. ¶ Et hec ō sexto physicoꝝ dcā sufficiāt

E septimo libro physicoꝝ q̄rit ꝑmo. Utrū aliqd moueaꝫ a se p se ⁊ ꝑmo. ¶ Arguit ꝙ sic: qz aia mouet se mouendo cozpus. et nauta mouet se mouēdo naue. ergo aliqd moueꝫ a se. ¶ 2° sic aialia mouent se. ⁊ sil grauia simplicia mouētur a se p se ⁊ ꝑmo. ḡ aliqd moueꝫ a se p se ⁊ ꝑmo. añs ꝑz i octauo quo ad vtrāq; sui pte. ¶ 3° arguit sic. volūtas amat seipsā: ⁊ itellectus itelligit seipsum. ⁊ mouet seipsū de erroze ad sciaz: ⁊ mala voluntas mouet seipsā de malo bitu i bonū. ḡ idē mouet seipsū. ¶ Jn oppm ē auctozitas ꝓbi. Jn ista qōne erūt tres articuli sic i alijs. Quātū ad ꝑm.

Primo sciēdū ē ꝙ ꝑ declaratōe terminoꝝ q̄stionis ponūtur alique distictōes. ꝓma aliqd pōt moueri dupl̄r. vno: aliqd mouetur ab extrīseco, ⁊ ē illud cuius motūes ē qōdā extrīsecū. alio mō aliquid mouetur ab itrīseco: ⁊ est illud cuius mouēs est qōdā itrīsecū. ¶ 2ª distictio aliqd pōt moueri ab itrīseco dupl̄r. vno mō a se sicut illud de quo vere dicimus ꝙ ipsū est id qō mouet. ⁊ ꝙ ipsum est id qō mouetur. alio mō aliqd mouetur ab itrīseco: ⁊ ab alio sic ꝙ vna pars eius sit illud qō mouet. ⁊ alia sit illud qō mouetur. ¶ 3ª distictio ꝑ se capitur dupl̄r. vno modo vt dicit pseitatē aliquoꝝ quattuoꝝ modoꝝ ꝑ se. alio mō capitur ꝑ se: vt ē idez qō gēa sui. ⁊ sibi opponitur p altez. ¶ 4ª distinctio aliqd pōt moueri a se p se dupl̄r. vno mō ꝑmo. alio mō nō ꝑmo. vñ ꝑmo pōt dicere dupl̄ cē ꝑmitatē. s. totalitatis: ⁊ tūc illō ꝑdicatū dicetur alicui ꝛuenire ꝑmo qō ꝛuenit sibi ꝝ qūlibet ptē: ⁊ sibi opponitur p altez. alio mō pōt dicere ꝑmitatē ꝑcisionis ⁊ tūc illud dr ꝛuenire ꝑmo alicui qō sibi ꝛuenit adequate ⁊ ꝑcise sic ꝙ nulli alteri ꝛuenit vt risibilitas dr cōuenire hoi ꝑmo. Ex his segtur ꝑmo ꝙ aliqd moueꝫ a seipo

2° segtur ꝙ aliqd mouetur a se ⁊ p se ꝓut ly p se opponitur huic qō est p altez vt aialia ⁊ grauia. lz. n. aialia moueātur a se p aiaz. tñ non mouētur ab ea tāq; a mouēte qō: sz tanq; a mouēte quo. 3° segtur ꝙ nihil mouetur a se ⁊ p se vt ly p se dicit pseitatē aliquoꝝ quattuoꝝ mōꝝ.

4° sequitur ꝙ aliqd mouetur a se p se ꝑmo ꝓut ly p se opponitur huic qō ē p altez: ⁊ ꝓut ly ꝑmo dicit ꝑmitatem totalitatis. Totū. n. graue mouet totū. ⁊ q̄libet pars mouet seipsā saltē de ptibus itegralibus ⁊ q̄titatiuis. 5° sequitur ꝙ aliqd mouetur a se p se ꝑmo deoꝛsū nālī fm ꝙ ly ꝑmo dicit ꝑmitatē ꝑcisionis. motus. n. deoꝛsū nālī adequate inest graui. 6° segtur ꝙ si nihil moueꝫ a se p se ꝑmo fm ꝙ ly ꝑmo dicit vtrāq; ꝑmitatē copulatiue. ꝑz qz si ꝑmo dicat ꝑmitatem totalitatis tūc ꝑdicatum ꝛuenit cuilibet pti: ⁊ p añs nō poterit ꝛuenire toti ꝑmo fm ꝙ ly ꝑmo dicit ꝑmitatē totalitatis ⁊ ꝑcisionis.

Secundo sciendum est ꝙ iste septimus liber physicoꝝ in quo Aristoteles determinat de motu comparādo ipsū ad ipsum motoꝛem diuiditur in duos tractatus. Jn ꝑmo ostendit non esse processum in infinitum in mouentibus et motibus: et diuiditur in quattuoꝛ capitula. Jn ꝑmo intendit talem cōclusionem. omne quod mouetur ab alio mouetur. ꝓbat quia omne quod mouetur ab extrīseco ab alio moueꝫ, ⁊ oē qō mouetur ab intrīn

seco ab alio moueꝫ. ergo oē qđ mouet ab alio mouet. añs ꝓ ꝑma ꝑte nō ꝓbat. sz relingt mā/festū dicēs ꝙ aliqd nō bñs i seipso ꝑn$^{m}$ sui mot$^{o}$ est manifestū ꝙ mouet ab alio. Scđaz partem maioris ꝓbat. ꝑmittēdo ꝑmo ꝙ si aliqd mouet ab intrinseco. forte nō videbit ꝙ moueat aba$^{o}$ quāuis vna ꝑs sit mouēs ⁊ alia mota tm̄ nō pci/pit q̄ illaz sit mouēs. ⁊ que illarū sit mota vt de clarat in ꝓhis. tūc ꝓbat sic. nihil qđ mouet a ꝑn/cipio itrinseco mouet a se ꝑ se ꝑmo. ergo qđlibet tale mouet ab alio. añs ꝓbat. qz nihil qđ gescit ad quietē alteri$^{o}$ mouet a se ꝑ se ⁊ ꝑmo. sz oē qđ mouet ab itrinseco gescit ad quietē alteri$^{o}$. ergo nihil qđ mouet ab itrinseco mouet a se ꝑ se ⁊ pri mo. minorē ꝓbat qz ꝑte gescente necesse ē totū gescere. ꝓbat qz si ꝑs gescat tūc totū ñ mouet ꝑmo sed ꝑm alterū. s. ꝑm partem que mouetur.

**Tertio** Sciendū ꝙ circa hunc textū inci/dūt tres difficultates. ¶Pria vtrū sit saluabile idē mouere seipm. ¶Pro solōe b$^{o}$ dif ficultatis pōnt tales distinc$^{o}$ aliqd pōt se mouere dupl$^{r}$. vno$^{o}$ ꝑ se. alio$^{o}$ ꝑ accns aut ꝑ alterꝫ. ℭz$^{a}$ distin$^{o}$ aliqd posse moueri a seipo ꝑ se pōt intelli gi dupl$^{r}$. vno$^{o}$ ꝙ moueat a seipo ad actū ꝑmū. sic ꝙ a seipo trāseat ꝺ nō eē ad eē. alio$^{o}$ ad actū z$^{m}$ sic ꝙ a seipso trāseat de non opari ad opari. Ex his ꝺnr duo. ꝑmū ꝙ nihil mouet seipz ad ac tū ꝑmū. ꝑz. qz nihil ꝓdūc seipz. z$^{m}$ aliqd pōt mo nere seipm ad actū z$^{m}$. nō solū ꝑ accns sed etiā per se. vt ꝑz de grauib$^{o}$ ⁊ leuibus. ℭz$^{a}$ difficul/tas vtz in rigore sermōis sit ꝺkensibile nihil mo ueri a se ⁊ ꝑ se. Ad quā rndetur ꝙ sic ꝑ tres sup pōes. ¶Pria. in oi qđ mouet a se sūt cōsiderāde due ꝑtes. quaz est vna ꝑ se mouēs ⁊ ꝑ accidēs mota. s. ad motū totius. ⁊ illa ē forma ſbalis illi us qđ a se mouetur. z$^{a}$ est ꝑs mota q̄ etiā rſr vi stiguiſ a ꝑte mouēte. ℭz$^{a}$ suppō. forma ſbalis il lius qđ a se mouet nō solū mouet tanꝫ quo. sz etiā tanꝫ qđ. ℭz$^{a}$. volūtas ⁊ itellect$^{9}$ nūꝫ sunt cause totales suoz actuū elicitoz. quia ad ꝓduc tiōez actuū itellect$^{9}$ cōcurrit obiectū vel spēs itelligibil$^{r}$. ⁊ ad ꝓductiōez actuū volūtatis con currit obm̄ vl cogni$^{o}$ obiecti. ℭz$^{a}$ difficltas vtz ꝑte gescēte sit necesse totū gescere. Ad quā rn̄ deꝫ ꝙ illa pōt ħre triplicē sensū. ꝑmus ē ipothe ticus ꝺclusionalis ⁊ est iste. si ꝑs gescat necesse ē ꝙ totū gescat. ⁊ ē verus si ly necesse dicat ne cessitatē ꝺnē ⁊ nō necessitatē ꝺntis. alio$^{o}$ pōt eē ipothetica cālis. ⁊ sic ē verus. qz ꝑtes gescere ē eā quare totū gescit. alio$^{o}$ pōt esse ipothetica co pulatiua. ⁊ sensus ē iste. hec copulatiua ē nccia ꝑs gescit ⁊ aliquo tpe ⁊ eodē tēpore totū gescit. ⁊ sic est falsa. Quantum ad scđm articulum.

**Conclusio** Rnsalis. nihil mouet a se ꝑ se. ⁊ ꝑmo. ꝓut ly dicit vtran qz ꝓximitatem. s. ꝓcisionis ⁊ totalitatis. hec cō clusio satis patet ex ꝓdictis.

**Primo** Dubitaꝫ. Utrū in mouētibus ⁊ motib$^{9}$ sit ꝓcessus i infinitū. Ad soluēdū boc dubiū est supponēdū ꝙ Aris. i hoc z$^{o}$ ca$^{o}$. ꝓbat ꝙ sit dabilis ꝑmus motus ⁊ ꝓximus motor. ⁊ ꝑmo ponit duas suppōes. ¶Prima mo/uēs ⁊ motū simul sūt. z$^{a}$ mot$^{9}$ vniuscui$^{9}$qz mobi lis ē vnus ⁊ finit$^{9}$. z$^{o}$ pōit talē ꝺclusionē. Neces se ē esse aliqđ ꝑmū mouens ⁊ ꝑmū motū ꝓbat quia in mouētib$^{9}$ ⁊ motibus nō est ꝓcessus i/finitū. ergo necesse ē ꝙ sit ꝺabile ꝑmū mouēs ⁊ ꝑmū motū. añs ꝓbat. qz si i mouētib$^{9}$ et motib$^{9}$ esset ꝓcessus in infinitū sequereꝫ ꝙ in tpe fini/to esset mot$^{9}$ infinitus. ꝺns est ipossibile. ⁊ ꝓbat ꝺnām qz oia mouētia ⁊ mota mouerent$^{r}$ i eodē tēpore finito. ergo si illa mouētia ⁊ mota sint in finita motus eoꝝ erit infinitus ⁊ in tpe finito. et sic mot$^{9}$ infinitus erit in tēpore finito. Cōsequē ter remouet vnā cauillationē. qz si essent infini ta mouētia ⁊ mobilia eēntialr subordinata illa possent constituere ⁊ cōponere vnā magnitudi nē infinitam que haberet vnuz motū infinitum que fieret in tempore finito. dicit ꝓbs ꝙ nunqꝫ diuersa mobilia ad inuicem cōtinuanter.

**Secundo** Dubitatur. Utrū oē mouens sit simul cū moto. Ad soluen/dum boc dubiū est supponēdum ꝙ Aristo. i isto tertio capitulo. ꝓbat vnā ſpositionē ꝑus po/sitam. s. ꝙ omne mouēs ꝓximū est imediatuz suo mobili. ⁊ ꝓmo ꝑmittit ꝙ tres sunt spēs mo tus. s. loci mutatio locus �looz quātitatē ⁊ mot$^{o}$ looz q̄litatez. z$^{o}$ pōit talē ꝺclusionē. oē mouēs ē ime diatum. i. sil$^{r}$ cū moto. ꝓbat philosophus triplici ter. s. ꝓmo inductione vniuersali quia in motu ad quantitatē mouens est imediatum suo mo/bili. ⁊ similiter i motu ad qualitatē ⁊ in omni mo tu ad vbi. z$^{o}$ ꝓbat inductione speciali in singlis speciebus motus. Et ꝓmo i motu locali. quia omne quod mouet localiter. aut habet intra se ꝓncipium sui motus. ⁊ tūc manifestum ē ꝙ mo uēs simul est cum moto. vel habet extra se ꝓncipiū sui motus. ⁊ sic mouens similiter est simul cū moto. Ad quod ꝓbandum ostendit nume/ꝝ motuum habentium extra se ꝓncipium sui mo.

tus ⁊ sūt q̄ttuor. s. pulsio tract⁹ vectio ⁊ vertigo. Pulsiōis aūt due sūt spēs. s. ipulsio ⁊ expulsio. vnde expulsio ē quādo expellēs ōficit ei quod expellit. sz ipulsio ē q̄n impellēs nō ōficit ei q̄ mouet. sz vectio cōsistit in trib⁹ motib⁹. illud. n. q̄ vehitur mouet̄ p accēs ad motū illius i quo est. s. vehētis. vehēs aūt mouet̄ pulsu tractu et ꝛigine sz tractio ē q̄n aliqs non sepat̄ ab eo q̄ trahitur. ē tñ mot⁹ trahēte velocioꝛ ad se q̄ ad alterū Et cōtinet sub se spatesim ⁊ expiratiōez sz vertigo reducit̄ ad pulsiones ⁊ tractiones. q̄ ē motus cōpositus ex pulsu ⁊ tractu. q̄. n. sic mouet̄ ex vna pte pellit̄ ⁊ ex alia trahit̄. Ex his p̄bat q̄ in istis monēs sit sil'cū moto. p̄mo i motu pulsiōis ⁊ tractiōis p̄ diffinitiōes tractōis ⁊ pulsiōis. ꝛ⁰ p̄bat de alijs. q̄ oēs alij reducūtur ad istos. Cōsequēter p̄bat de alteratiōe. p̄mo inductiue tā in alteratiōib⁹ coꝛpoꝛalib⁹ q̄ spūalib⁹. vt calefactēs simul ē cū calefactibili. ꝛ⁰ rōe sic. q̄ ois alteratio spūalis subijcit̄ alteratiōi que ē p̄m sensū. sed in alteratiōe p̄m sensū alterās ⁊ alteratū sūt simul. igr̄. minoꝛez p̄bat q̄ in visione visibile alterat aerē illuminatū. ⁊ aer alteratus cōiūctus visui alterat visū. Cōsequēter p̄bat i augmentatiōe ⁊ diminutiōe. q̄ augmentū fit p̄ appositionē ⁊ decremētū p̄ ablationē. g̃ augmētās sil'ē cū augmētato ⁊ diminuēs cū diminuto.

**Tertio** Dubitat̄. Qual'r est saluabile motiōes ⁊ motū simul eē cū tñ mouente corrupto adhuc pōt mobile mouer̄. Ad istud dubiū breuiter respondet̄ q̄ mouens p̄mus ⁊ imediatum simul est cum moto. nō oportet tamen mouēs p̄mum simul esse cum moto.

**Rationes** Añ oppositum soluuntur ex dictis. ⁊ hec de questione.

**Queritur** ꝛ⁰. Utruz ad solas qualitates. 3⁰ spēi qualitatis sit p̄ se alteratio. ¶ Arguit̄ p̄mo q̄ ñ. q̄ si sic sequeretur q̄ ad quātitatē nō esset per se alteratio mot⁹ nisi gratia partis. ꝺns est cōtra ph̄z quinto physicoꝝ. ergo ⁊ añs. ¶ ꝛ⁰ arguit̄. ad nllas qualitates p̄me spēi est p̄ se alteratio. ergo nec ad qualitates tertie spēi. tz ꝺña. q̄ree dē q̄litates reponuntur in p̄ma spē ⁊ 3ª q̄litatis vt calor ⁊ caliditas. ¶ 3⁰ arguit̄. ad qualitatē scōe spēi est p̄ se alteratio. ergo nō solū ad q̄litatē 3ᵉ spēi est p̄ se alteratio. añs p̄z q̄ tales qualitates sunt partibiles ⁊ successiue acq̄sibiles p̄ verā mutationē realem que non est altera ad alteratione. ¶ Jn oppoꝛtum est auctoꝛitas philosophi.

**Primo** Sciēdū est. p̄ declaratione terminoꝝ q̄onis ponūtur aliq̄ distinctiōes. p̄ma. alteratio pōt capi dupl'r. vno⁰ p̄ oi mutatione terminata ad qualitatē. ⁊ sic ad quālibet spēm est p̄ se alteratio. alio⁰ p̄prie p̄ mutatiōe reali ⁊ physica de vna qualitate actiua aut passiua ad aliā ꝛiam actiuā aut passiuā que nō supponit aliquā aliā mutationē a se. ⁊ ad ipsam quattuoꝛ regrūtur. p̄mo q̄ sit mutatio realis et successiua sic q̄ fiat in ꝛactu reali ⁊ physico. ⁊⁰ q̄ illa sit de subiecto in subiectū siue de ꝛario in cōtrariū. 3⁰ q̄ tales qualitates cōtrarie sint ad inuicē actiue ⁊ passiue. 4⁰ q̄ nō p̄supponat aliquā aliam qualitatē terminasse p̄us illaz mutationē. sic q̄ vna qualitas p̄ se ⁊ p̄mo termiet talē mutationē. Ex quo segtur p̄mo q̄ in scōa ⁊ 4ª spē qualitatis nō est p̄ se alteratō. q̄ i illis nō ē cōtrarietaſ p̄pe dicta. ⁊⁰ segtur q̄ ad qualitatem p̄me spēi non ē alteratio p̄pe dicta. q̄ vt in pluribus mutatio que fit i p̄ma specie nō ē de cōtrario in contrariū. sz ē de nō esse illius qualitatis ad esse illi⁹ qualitatis. ēt q̄litates p̄me spēi cū oēs sint spūales nō acq̄rūtur i subiecto p̄ motū realē ⁊ phicū qui fit mediāte ꝛactu reali ⁊ physico. ¶ 2ª distinctio aliqua qualitas pōt terminare motū dupl'r. vno mō per se. ⁊ ē illa que intrinsece terminat motū nullo alio termināte motū necessario p̄requisito ad acq̄sitionē qualitatis. alio⁰ aliqua qualitas pōt terminare motuz per accidēs. ⁊ est illa que cōsequitur qualitatē que per se ⁊ intrinsece terminat motum. ¶ 3ª distinctio. aliquid potest p̄ se terminare motū dupliciter. vno⁰ put per se opponit̄ huic quod est p̄ accidens. alio modo vt opponitur huic q̄ est gratia partis ⁊ ei q̄ est p̄m accidens. ⁊ sic non capitur hic. Ex hoc segtur q̄ ad multas qualitates de tertia spē qualitatis est alteratio p̄m accidēs ⁊ nō p̄ se sicut ad raritatē ⁊ densitatē. ꝛ⁰ segtur q̄ ad tertiā spēm qualitatis est p̄ se alteratio capiendo p̄ se vt continet sub se gratia partis.

**Secundo** Sciēdum est q̄ Aristo. i hoc vltimo capitulo intēdit talez conclusionē. Ad solas qualitates tertie speciei ē per se alteratio. p̄bat philosophus dupliciter p̄mo ratione sic q̄ ad solas qualitates actiuas ⁊ passiuas est per se alteratio. sed sole qualitates tertie speciei sūt actiue ⁊ passiue. ergo ad solas qualitates tertie spēi ē p̄ se alteratio. ꝛ⁰ probat

inductiõe sic q2 ad q̃litatẽ ꝓme spẽi non ẽ p se alteratio. nec ad q̃litates 2ᵉ spẽi. ꝯ ad solas q̃litates 3ᵉ spẽi ẽ p se alteratio. añs ꝓbat 2ª pte ꝓbat tribᵒ rõibᵒ. ꝓmo q2 q̃litates 4ᵉ spẽi fiũt vel acgrũtur in mã ad alterationẽ 3ᵉ spẽi. ꝯ ad q̃litates 4ᵉ spẽi nõ ẽ alteratio. añs ꝓbat q2 fiũt in mã cõdẽsata aut rarefacta calida aut frigida. 2ª rõ ois q̃litas ad quã ẽ p se alteraᵒ dr̃ pdicari de ſ bõ talis alteratõis ꝛ eõ. ſz q̃litates 4ᵉ spẽi nõ pdicanᵗ de suis ſ bis nec eõ. ergo ꝛc̃. maiorẽ ꝓbat. q2 nõ solũ dicimᵒ humidũ eẽ es. ſz dicimᵒ es eẽ hũidũ aut frigidũ. minorẽ ꝓbat. illud. n. i quo ẽ forma statue aut fiªꝑami nõ dicimᵒ formã eẽ vel figurã. 3ª rõ nihil qõ pficit alteratˉ. ſz illõ qõ acgrit formã vel figurã pficit. ꝯ illud qõ acgrit formã vl̃ figurã nõ alteratˉ. ꝛ p añs ad formã ꝛ figurã nõ ẽ p se alteratio. maiorẽ ꝓbat. q2 ridiculũ ẽ dicere hoiem aut domũ alterari qñ acgrit suuz finẽ. ꝓ ꝓma ptẽ añtis. ſ. q ad qualitates ꝓme spẽi nõ ẽ alteratio p se ꝓbat ponẽᵒ tres ꝛclusiones. ꝓ 1ª ad hitus coꝛpales non ẽ p se alteraᵒ. ꝓbat q2 oẽs hitus coꝛpales fũt ad aligd. ꝯ ad nllos hitus coꝛpales ẽ alteraᵒ. añs ꝓbat q2 oẽs hitᵒ coꝛporales fũt virtutes aut malitie. ois ãt ỽtᵒ aut malitia ẽ ad aligd. hoc ꝓbat q2 sanitas ẽ calidorũ ꝛ frigidoꝛ q̃dã ꝛmẽsuratio ꝛ filr plchritudo ꝛ macies. ꝯ ſt ad aligd. ¶ 2ª ꝛcª ad hitus moꝛales nõ ẽ p se alteratio. ꝓbat ꝓbs tribᵒ rõibᵒ. ꝓma rõ hz duas ꝑtes. ꝓmã ꝓbat de ỽtutibus. ꝛ est hec. q2 nihil qõ acgrit suã pfectionẽ alteratˉ. ſz gcgd aliquã virtutẽ acgrit suã pfectionez acgrit. ꝯ nihil qõ acgrit aliq̃ virtutẽ alteratˉ. minorẽ ꝓbat q2 ỽtus ẽ pfectio q̃dã. vnũ qõq̃. n. ẽ maxie pfectũ cũ attingit ꝓpe pfectõi. ꝛ tũc ẽ maxie fz nãm ꝓꝑaz vt declarat p sil'e de circulo. 2ª ꝓs ẽ õ malitijs. q2 ad ỽtutes nõ ẽ p se alteratio. ꝯ nec ad malitias. tz añs q2 malitia ẽ coꝛruptio ꝛ remotio ỽtutis. 2ª rõ. nihil qõ alteˉ ad alterationẽ alt̃ᵒ p se alteratˉ. ſz gcgd ỽtutẽ aut malitiã acgrit alteratur fm alterationẽ alteriᵒ. ergo gcgd acgrit virtutẽ aut malitiã nõ p se alteratˉ. minorẽ ꝓbat q2 aliqua alteraᵒ fit acceptio ỽtutis ꝛ remotio malitie. ỽtutes ãt sũt ipassibilitates aut passibilitates q̃dã. malitia aũt ẽ cõtraria virtuti. 3ª ois virtus moꝛalis ẽ circa delectatões aut tristitias. ſz ista conſequunˉ alterationẽ ꝓpe dictã. igit ꝛc̃. ¶ 3ª ꝛcª ad hitus itellectuales nõ est p se alteratõ ꝓbat ꝓbs duab⁹ rõibᵒ. ꝓma hitus itellectuales acgrunˉ in potẽtijs itellectualibus nulla mutatiõe facta in eis. ergo ad ipas nõ ẽ p se alteratio añs ꝓbat vtr ꝓmo q2 scia est ad aligd. iõ põt acgri sine mutatõe. 2ª ex expientia que ẽ fz partẽ sensitiuã accipimᵒ sciam vniuersalẽ. 2ª rõ. ad illud nõ ẽ p se alteratio qõ acgrit i aliq̃ nulla mutatõe ipm mutãte. iõ acgrit in aliquo iõ gescẽte. ſz hitus itellectuales acgrũtur i aia gescẽte. minorẽ ꝓbat. q2 in getari ꝛ residẽtia aia fit sciẽs et prudẽs. hoc ꝓbat duobᵒ signis. primũ ẽ de doꝛmiẽtibus. de ebrijs ꝛ infirmis. q2 isti ꝓpter nimiam cõturbationẽ nõ pñt ꝛsiderare nz addiscere ſz cessãte pturbatõe statim mouẽtur ad sciaz. 2ᵐ signũ est de pueris. infantes. n. nõ pñt addiscẽ nz iudicare ꝓpter nimiã ꝛturbationẽ sicut senex.

**Tertio** Sciẽdum est q circa hũc textũ icidũt tres difficultates. ꝓ 1ª vtr oẽs habitus sint ad aligd. Ad soluendũ hãc difficultatẽ ponit talis distinctio ỽtutes ꝛ malitie pñt capi dupl'r. vno mõ, p significatis. ꝛ sic sunt entitates absolute. alioᵒ, p cõnotatis ꝛ sic sũt entitates respectiue. ¶ 2ª difficultas vtrũ qualitates ꝓme spẽi dicant entitates absolutas ptibiliter ꝛ successiue acgsibiles p mutationẽ realem realiter distinctaz a mutatõibᵒ acgsitiuis aliaz qualitatũ. ꝓ 2ª solõe huiᵒ difficultatis ponitur talis suppõ. q̃cũq̃ aliq̃ res sunt realiter distincte ad inuicẽ tales res sunt realiter acgsibiles p mutationẽ rl'r distictã. Ex his dr̃ ꝓmo q ois entitas reponibilis in ꝓma spẽ rl'r ꝛ étitatiue distinguitur ab omni alia entitate in alia spẽ quãtitatis reponibili. Ex his dicit 2ª q oẽs qualitates realiter ad inuicem distincte acgruntur etiaz p mutatiões reales rl'r distinctas. ¶ 3ª difficultas vtrũ acgsitio taliũ qualitatũ sit vera alteratio. Ad quã r̃ndetur p distinctionẽ. q2 si capiat alteratio cõiter ꝓ ois mutatiõe fm qualitatez talis mutatio esset alteratio. Si aũt capiat alteratio ꝓpe ꝓ mutatiõe reali de q̃litate 3ria in qualitatem cõtrariam que fit mediãte contactu reali ꝛ physico sic mutatio teriata intrisece ad qualitatem ꝓme spẽi nõ est alteratio. cũ oẽs tales qualitates sint spũales. Et hoc õ ꝓ 10 articlo. Quãtum ad secundum ponit ꝛc̃.

**Conclusio** Responsalis. Ad solas qualitates tertie spẽi est alteratio. patet quia qualitates tertie spẽi sunt ad inuicem cõtrarie. sunt etiam ad inuicem actiue et passiue. nec possunt acquiri nisi mediãte actiõe reali ꝛ physica q̃ fit mediãte cõtactu phico. pñt etiam intrisece ꝛ p se termiare mutatiões nõ necessario ꝛsupponẽtes alias mutationes ꝛc̃.

**Primo** Dubitatur. Utrū ois motꝰ sit oi motu cōpabilis. Ad soluēdū ꝫ dubiū est supponēdū ꝙ iste tertiꝰ tractatꝰ i quo Aristo. deteriat de ꝯpatiōe motuū diuidit i tria capla. In ꝑmo ponit aliqs ꝺditiones regsitas ad ꝯpationē ꝓprie dictā. ⁊ diuidit in tres ptes. In ꝑma mouet talem qōnē. vtrū ois motus sit omni motui ꝯpabilis aut nō. ꝑmo arguit ꝙ non. qz si ois motus esset ꝯpabilis oi motui cū eque velox ptrāseat equale ſpatiū in equali tpe segt ꝙ motus circularis erit equalis recto. ⁊ sil'r poterit esse maior aut minor. 2o si ois motus esset oi motui compabilis. tūc alteratio eēt ꝯpabilis loci mutationi. ⁊ p ꝺns passio erit equalis oi longitudini qō est ipossibile. 2o arguit ad ptē affirmatiuam. qz circulare ⁊ rectū sunt ꝺfferētie loci sicut surſū ⁊ deorſum. ergo possunt ꝯpari motus circularis ⁊ rectus sicut surſum ⁊ deorſū. ¶ In 2a parte ponit solutionē quādā ⁊ ē hec. ꝙ bñ cōtingit motū circulare ꝫ esse velociorē aut tardiorē. ſz nō eque velocez. Hac reprobat ꝑbs dicēs ꝙ si ꝯtingit iter eos dare velocius ⁊ tardiꝰ etiā ꝯtingeret dare eque velox. hoc ꝓbat qz velocius est qō nō solū in minori tpe pertrāſit equale ſpatium imo etiā in equali tpe potest ptransire maius spatiū vt deducit in litteris. ¶ In 3a pte ponit ꝑbs ꝺditiones ad ꝯpationē motuū ex pte forme penes quā fit ꝯpatio. ꝑma quecūq; sunt nō equoca oia ꝯpabilia sunt. i. forma i qua fit cōparatio debet eē vniuoca. ideo ſtillus ⁊ corda ⁊ vinū non ꝯpantur in acutie. 2o ꝙ forma penes quaz fit compatio debet recipi i ipſis penes idē ꝓmum ſuſceptiuū. ideo equus ⁊ equa ꝯpabilia sunt penes duplū ⁊ dimidiū. ⁊ etiā penes album ⁊ nigrū. quia albedo inest eis per idē ſuſceptiuū ꝓmū. ſ. per ſupficiez. ideo hec aq ⁊ vox nō sunt ꝯpabilia. 3a cōditio est ꝙ compabiliū sit vna natura. hoc est dictu ꝙ forma in qua fit cōparatio sit ſpēs ſpecialiſſima. ideo dulce ⁊ albū nō possunt cōpari ad inuicem neq; albū ⁊ nigꝝ �› colorē. sed aliqua cōparantur ꝛ album.

